

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De secundo F. hoc est, de faciendis benè rebus quæ placent Deo. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

CAPUT TERTIVM.

De Secundo F.

in celo. Denique pro hoc etiam esse Dominum deprendamus. Nihil enim est, quod propter terrenarum rerum habitaculum, ad supernarum virtutum perfectionem, homines prohibeat peruenire. (notent haec verba S. Chrysostomi iij qui de rebus spiritus politie discurrunt, & quod ipsi sua culpâ non sunt asecuri, id de aliis non credunt) est quippe possibile inquit idem ibidem, ut in terrarum adhuc regione degentes, quasi iam in celo habent, ita cunctâ perficiant. Tales fuerunt iij quos supra recensui, his quinque modis primum F. exactè seruasse. Tales etiam nunc sunt multi in tam longè lateque 73 diffusa S. Ecclesia Dei. Quod si aliqui politiculi non credant, curandum non est, quia ut Theodoretus scribit in praefatione vita Simeonis Styliste: *Homines que audiunt immò & que legunt ex se metantur, quod ab se fieri posse putant, id facile credunt: sed quod suas vires superare putant, pro* 74 *falsa re, esti est vera, habent.* Quapropter, ut scribit Cassianus in praefatione politi ante Collationes Patrum, *Volumus præmonitum esse lectorem, ut si qua fortè pro flatus sui & propositi qualitate, sine pro vnu & conuersatione communi, vel impossibilia putauerit esse, vel dura, non ea secundum modum sua facultatis, sed secundum dignitatem & perfectionem aliorum metiatur.* Quorum prius studium atque propositum mente concipiatur, quo verè mortui huic conuersationi humana, nullis affectionibus parentum carnalium, nullis actuum secularium nexibus obligantur &c. de quibus tamen si quis voluerit veram proferre sententiam, & vtrum impleri queant, desiderat experiri, festinet prius eorum propositum, simili studio & conuersatione suscipere. & tunc demum ea que supra facultatem hominis videbantur, non solum possibilia, verum etiam suauissima deprehendet. Et ut scribit S. Nazianzenus, *Ferit, vt quod quipiam aequi non potest, id, ob inuidiam, ne credibile quidem esse putet.* Et ut idem ibidem infra dixit: *Apud profanas animas nihil pulchri fidem inuenire potest.*

Out. de suo patre. Hæc sufficiant de primo F. plura eadem de tractaui partim in Opusculo de gradibus puritatis, partim in alio de fugâ peccatorum veniam, partim in eo, quod antea separatum edidi de indiciis & gradibus spiritualis profectus in virtutibus, in primis capitibus illius Opusculi, ad quod Lectorem remitto. Claudam hoc caput monito Apostolorum & Prefbyterorum primitiæ Ecclesiæ scripto ad eos qui ex Gentibus crediderunt in D. Iesum Christum, à S. Clemente Papa, commendante obsecracionem nostri primi & secundi F. Attende filij Dei omnes ut in obedientia Dei vitam agatis, estoteq; in omnibus placentes Christo Deo nostro: nam si quis iniuriam fecerit, faciat que voluntati Dei aduersantur, & velut gens iniqua à Deo estimabitur.

Perfectionis culmen pertingere cupienti, inquit Ab*75.*
bas Pinuphius, non sati est ab illicitis tempe*Cass. Coll.*
rare, nisi etiam in illis virtutibus indefesso cursu semet*20. c. vlt.*
ipsum semper extenderit, quibus ad satisfactionem ind*grad. c. 7.*
cia peruenitur: & nisi illam bonam virtutum fragran*lig. vlt. de*
tiam, quâ Dominus delectatur, puritate cordis, & Ap*orat. c. 5.*
postolice charitatis perfectione possederit. Vulgarium enim hominum est, inquit S. Isidorus Pelusiota l.2. ep. 1. reprobatione omni sublimius se custodire, ut summa virtute præditorum, diuinarum virtuum op*de tripl. cohære.*
bus abundare.

Sed ab nullus perueniet, virtus non extirpatis prius. Superuane prorsus adficare nititur, inquit B. Laurentius Iustinianus, ac plantare virtutum pomiferas arbores, & vincentium herbarum odorifera gesta, qui virtorum & concupiscentiarum sentes, & germina, de cordis sui agro non conatur extrahere. Domini namque sententia est, quia exorta spine in corde suffocant verbum, illudq*hom. 6. in*
fructum debitum procreare non sinunt. Vitorum namque fuga, ut idem alibi ait, & virtutum exercitatio, *sunt duo qua efficiunt Christi militem strenuum, ac coram cali ciubus honorabilem.* Et, ut inquit S. Diadochus cap. 98. *puritatem non affert solum prauas actiones non amplius suscipere, sed studio etiam recte factorum maleficia fortiter repudiare.* Cùm autem iudicio S. Bernardi, *primus fit contemplationis gradu,* ut incessanter consideremus, quid velit Dominus, *quid placeat ei, quid acceptum fit coram ipso, secundo loco tractandum est,* de Secundo F. quod est quidem omnibus necessarium, sed maximè Religiosis omnis generis: Siquidem, ut S. Basilius ait, tam iis qui communem & socialem vitam agunt, quam iis qui in solitudine seorsim degunt, propositum est, *Christo placere.* Ad hoc autem necessaria est prævia dispositio, fuga omnium quæ displicant Deo. Eam enim sequetur ornatu*Const.*
& fragrantia virtutum. *Sufficit Deo,* inquit S. Chrysostomus, *ob magnam suam misericordiam, ut desistamus a peccatis: Si enim hoc voluerimus, facile & ad bonorum operum actionem impellimur.* Quod vita spiritualis amatoribus cordi est debet. Nam, ut ait S. Ambrosius, *Qui ad officium Ecclesia vocamur, talia debemus agere, quæ placent Deo, ut & pretendat in nobis virtus Christi,* & ita simus nostro probati Imperatori, ut membra nostra, arma iustitiae sint, arma non carnalia, in quibus peccatum regnet, sed arma fortis Deo, quibus peccatum destruatur. Moriat caro nostra, ut in eâ omnis culpa moriat, & quasi ex mortuis viuentis, noui resurgamus operibus ac moribus. Quod exequemur, si conabimur semper exequi secundum F. quod est, *Facere bene omnia quæ placent Deo.* Vnum est, inquit l.5. ep. 3. B. Petrus Damianus, *quod mens cuiusque fidelis debet solerter attendere, & intra semetipsam sollicitâ* *cap. 37.*
R 4 *semper*

semper inquisitione versare; scilicet, utrum placeat Deo quod agat: & an eius vita Deus vel operibus delectetur. Quid enim prodest quidquid homo faciat, si hoc de comp. non placet Deo? Nam verus amator, inquit B. Laur. Chr. pef. Iustinianus, illud semper conatur perficiere, propter col. 12. quod valeat placere dilecto. Quod potissimum curandum est Sacerdotibus & Religiosis, aliique vite spiritualis lectoribus, qui ad maiorem Diuini amoris gradum aspirant. Nam, vt ait

Orat de charitate. Theodoretus, Qui Deum amat, omnia alia despiciens, & eum solum qui amat, respiciens, illius curam, & suam in eum seruitutem, ceteris prefert omnibus: illa solum & dicens & faciens, & cogitans, quem ei, quem amat, placent, & grata sunt: & abhorret omnia quecumque ille prohibet. Placebunt autem nostra opera Deo, si habebunt tres proprietates, quas h. de Dau. in operibus Sanctissimi Davidis ponderat S. & Golia.

76. Chrysostomus, si nimis in eis erit, meritum, quod laudat Deus; prædicat Dominum; Index prefert summus.

Quod vt intelligatur, duo explicanda sunt: Primum, quid requiratur ad hoc, ut opera nostra fiant bene, vt Deo placeant, vt ab eo laudentur, prædicentur, præferantur. Secundum, quæ sint illa, quæ placent Deo & à nobis exequenda sunt.

Quod Primum, Ut opera nostra bene fiant, & eo quo dictum est modo placeant Deo; sunt necessariae quinque conditiones:

Prima conditio est, vt homo operatus, si Deo carus, hoc est, existens in gratia Dei & charitate supernaturali, quæ gratiam semper comitur, exornatus. Nam quemadmodum arbor, inquit B. Laurentius Iustinianus, si virga et foliis flores redolat, siue immaturis fructibus sit secunda, & amena in se esse videatur, infructuosa esse censenda est; ita & opus quodlibet, si interna virtutu ac caritatis directio ne informatum non est, aeterna vita prorsus merito caret.

Secunda conditio est, Ut omnia quæ facit, sint immunita à dupliciti peccato, scilicet destruente valorem & meritum operis, & comitante illud. Hoc monitum dederunt Apostoli, & omnes Presbyteri, vt scribit S. Clemens Papa & martyris: Si cupis Deo placere contine te ab omnibus, quæ odit ipse, & nihil facias, quod animo eius dispiceat. c. 4. fin.

I. Conf. 1. Cant. 8. 71. in Apostol. Displacent autem Deo peccata, & quæ insinuant opera ipsa, ne sint meritoria, & quæ illis adiunguntur nomine nostro libero arbitrio, eti opus aliud, cui adiunguntur, non reddant immeritorium. Si in conscientia neutrus fuerit, inquit S. Bernardus nec quod ex ea prodieris carebit neutr. Nam si radix in vito, & ramus. Ac proinde hoc quicquid illud sit, quod radix virtutia, non ab que traducit virtutem, ex se producat, verbi gratia, sermo, actio, oratio, etiam si fama applaudere videtur, non est quod debeat lumen dic, quia eti odor commixtus videtur, sed non color. Quo pacto enim lumen (quod sermone 70. dixerat, esse virtutem) cum impuritatis nexo? Et infra: Verbum, indicat esse suum cibum factum bonum, si tamen inuenierit illud inter lilia, hoc est, inter virtutes. Alioqui si

extra repererit, & bonus (quod in se est) videtur cibus, non tangat illum is, qui pascit inter lilia. Verbi causa: non recipit elemosynam de manu hypocrite, qui cum eam facit, tuba facit cani ante se, vt glorificetur ab hominibus.

Porrò peccatum destruens meritum & va- 80. lorem operis, est illud, quod vitiat finem seu intentionem operis: (vti fit dum aliquis orat, vel elemosynam dat ob vanam gloriam) vel quod inficit modum operandi seu circumstantiam aliquam, requisitum ad bonitatem operis, infra fusè explicandam. Ut dum quis bono fine oras, aut horas Canonicas recitans, ex pura intentione laudandi Deum, eas recitat et nimirum festinando, verba non integrè proferendo, aut situ membrorum indecoro, vel intertrumpendo horas colloquisi non necessariis, aut curioso aspectu transiuntur, vel rerum aliarum. Hoc modo bona malè facientes Deus per vim ostendit S. Arsenio, esse similes illi, qui haurit aquam de laca, & mitit in collectaculum, ex quo alia parte per foramina effluat aqua. Sic qui aliqua bona operatur, sed quia mala etiam per peccata operatur, ideo pereunt & delectur etiam bona opera que facit. Scilicet quia ob finem vel circumstantiam malam desinunt esse integrè bona.

Peccatum autem comitans opus bonum, est illud, quod adiungitur quidem bono operi, cuius tamen valorem & meritum non destruit, nec minuit, sed tantum quodam modo extrinsecè fadat. Ut si quis orando bonâ intentione, & deuotè ac bono modo, interim alicui pauperi aduenienti daret elemosynam ob vanam gloriā. Tunc illud vanæ gloriæ, ex elemosyna data quæstis desiderium, non noceret orationi, illa tamen oratio sine comite adiuncto vanitatis, esset perfectior extrinsecè. Tale bonum opus fuit, obstetricium erga masculos Hebreos benevolentia, & conservatio vita illorum contra editum Regis Aegyptij iubentis eos necari dū Exodi 1. ederentur in lucem; coniunctum tamen fuit cum earum mendacio, dicentium, non ab ipsis, sed à matribus eorum fuisse conservatos infantes. Quod ponderans S. Thomas, ait mendaciū 2.2. q. 110. quidem non fuisse meritorium, timorem ta. 2.3. ad 2. men Dei, ex quo morte conservabant viuos parvulos, meritorium fuisse. Ideo quæ Deus adiungit, sic aut eis domos, hoc est, vt explicat S. Hieronymus 16. Gen. auxit filiis eorum familiam.

Danda ergo est opera, ut in operando, imitemur puritatem triumphantis in celo Ecclesiæ, Eph. 5. 17. que est sine macula (peccati destruente valorem operis) & sine ruga (peccati adiuncti) aliqui timenda esset illa Christi expostulatio, quæ ab eo S. Brigitta audiuit: Ego si intraueris in partem 1.2. Reu. vnam mentem mundæ, que mihi erit consolatio, si ex cap. 1. parte altera sentiatur fatorum, ideo depelli debet quod foridum est.

Hanc conditionem bene operandi adhibent ij, qui bene exequuntur primum F. seu qui fu-

77.

78.

110.

111.

ap. 1.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

343.

344.

345.

346.

347.

348.

349.

350.

351.

352.

353.

354.

355.

356.

357.

358.

359.

360.

361.

362.

363.

giunt omnia quæ displicant Deo. Et talia opera erunt grata Summo Iudici: quod in Davide suprà vidimus commendatum esse à S. Chrysostomo. In talibus enim operibus ab omni peccato liberis, non habet quod puniat Index supremus.

80. Sed hoc satis non est studio perfectionis.
11.779 Quia, vt docet S. Thomas, due sunt partes, quasi
2. integrales instituta, pertinentes (vt ait S. Augustinus)
at institutam legis: declinare à malo, & facere bonum:
vt dicitur Psal. 33. 15. & Psal. 36. 27. Quocirca
præter fugam mali & peccati, in quois opere
nostræ satagendum est, vt positiva adsit bonitas,
& Christi Domini imitatio, qui de se dixit: Ego
qua placita sunt ei (scilicet Deo Patri) facio semper.
Non enim solùm ab omni vitio discedere, inquit S.
Dionysius Areopagita, verùm etiam virili animo
semper dari & interreri ad perniciosem, exitiosamq;
omnem contrá illud animi remissione, esse debemus,
& nunquam à sacro veritatis amore cessare, sed dare
operam quam maximam possumus, vt ad eam conti-
nenter & semper nitamur, querentes semper quod nos
ad maiora diuinitatis munera perducant.

81. Tertia conditio, exequista ad facienda bene quæ
placent Deo, est, vt omnia opera nostra fiant
bonâ intentione. Magni interest, inquit S. Augu-
stinus, cum aliquid boni facimus, cuius rei contempla-
tione facimus: officium quippe nostrum, non initio, sed
finis pendandum est, vt scilicet, non tantum si bonus est,
sed præcipue si bonus est, propter quod facimus, cogite-
mus: hoc est, propter bonum finem; qui bonus
est, dum aliquid fit, siue ob honestatem, qua est
in quolibet opere virtutis; siue ob altiorem, qui
est Deus: Qui cum vniuer/a propter semetipsum ope-
retur, vt dicitur Proverbiorum 16. 4. æquum est,
& nos propter ipsum operari, siue vt ei placea-
mus, siue vt ei demus gustum & gloriam, siue vt
eius voluntati morem geramus, siue aliis respe-
ctibus bonis. Tali autem aliquâ intentione fa-
cta nostra bona opera, habebunt alteram pro-
prietatem in operibus S. David à S. Chrysostomo
suprà commendatam nimirum, laudabuntur
à Deo. Non laudentur autem, si ob finem prae-
sum laudis humanæ, vel vana gloria interna
ferent: quod sanè esset magna excitas nostra &
stultitia. Nam, vt ait S. Gregorius, Magna recordia
est, laboriosa agere, & aure laudis inbire: fortis opere
præceptis cælestibus inservire; sed terrena retributione
primum querere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute
humano fauores desiderat, rem magni meriti, vilis
pretio venalem portat. Vnde cali Regnum mereri po-
nit, inde nummum transitorij sermonis querit. Vili
ergo pretio opus vendit, quia magna impedit, sed mi-
nima recipit.

82. Facienda sunt itaque omnia quæ placent
Deo, ob finem bonum, seu bonâ intentione. Ex
hac enim, inquit S. Bernardus, rectitudine operis, sicut
ex facie pulchritudo corporis assimilatur. Duo autem in
intentione (quam faciem anima esse diximus) necessaria
requiruntur (tanquam due gena) res, & causa; id
est, qui aliud cupid (scilicet secundariò remune-
rationem) purus amor, mercenarius non est. Purus
amor, de sp̄ vires non sumit, nec tamen diffidentia
damna sentit. Sponsa hic est, quia hoc sponsa est quid-
cumque est. Sponsa res & sp̄, unus est amor. Hoc Spon-
sa abundat, hoc contentus est Sponsus. Nec is aliud que-

est, quid intendas, & propter quid. Et ex his sanè duo-
bus, anima vel decor, vel deformitas iudicatur. Pul-
chre sunt gena tua sicut turtur. Quia verò altero ho-
rum caruerit, non poteris dici de ea: quod pulchra sunt
gena eius sicut turtur, & propter eam qua adhuc ex
parte erit deformitatem. Multò autem minus illi hoc
poteris conuenire, qua neutrū horum habere lauda-
bile inuenitur. Idque declarat ap̄tis exemplis.

83. Triplex autem operandi ratio propter Deū,
communiter esse solet. Tres, inquit S. Doro-
theus, sunt conditiones & status, vt D. Basilius ait,
quibus Deo grati esse possumus. Si enim panam forni-
damus, in seruili statu sumus: Si vero mercedis lucra
consecstante, utilitatis & commodi proprij gratia, diui-
na mandata peragimus, mercenariis assimilamur: Si
autem bona & honesta propter se ipsum adhareamus,
in filiorum genere sumus. Filius enim vbi ad pruden-
tiā discretionemq; perueniret, paterna vota exequi-
tur non timore plagarum, non etiam mercedis & pra-
mij cupiditate, sed amore, pietate, obseruantiaque
erga patrem: persuasus enim satis est, suum fore quis-
quid patris fuerit.

Quamvis autem perfectior sit finis, tertio
loco à S. Basilio, & S. Dorotheo nominatus, ta-
men si opera bona fiant ob aliquem ex priori-
bus duobus finibus, siue ob metum pœnatum
Dei euadendarum, siue ob æternæ Dei retribu-
tionis spem, bono fine sient, qui satis sit ad bene
operandum, quamvis non satis sit ad perfectissi-
mè operandum. Perfectius enim, & Deo ac-
ceptum magis, (ceteris paribus) est illud opus,
quod fit purè propter solius Dei gloriam &
gustum, sine alio ad nostra commoda, etiam
spiritualia, respectu. Nā, vt monuit S. Chrysosto-
mus, Si omnino dignus fueris agere aliquid, quod Deo l. de C. 84.
placeat, & aliam adhuc, preter hoc ipsum quod placere punit.
meruiſti, mercede requiris, verè ignoras quantum bo-
num sit placere Deo. Si enim sires, nunquam aliud
aliud extrinsecus mercede aut muneric expeteres. Im-
mō, vt idem alibi aureo dixit, Major tibi merces, si
circa mercedis spem feceris.

Alioquin timendum est illud S. Bernardi: Quid
tam perditum, quam quod extra Deum exulat: Dan-
da igitur est opera, vt omnia faciamus propter
Deum ex puro Dei amore, sine respectu ad vi-
litatem villam & commodum nostrum, etiam
spirituale. Quâ de re si alio in loco differuit:
Magna res amor, sed sanè in eo gradus. Sponsa in sum-
mo stat: Amant enim & filij, sed de hereditate cogi-
tant: quam dum verentur quoquo modo amittere, ip-
sum, à quo exspectatur hereditas, plus reverentur, mi-
nus amant. Suspectius est mibi amor, cui aliud quid adi-
piscendi spes suffragari videtur. Infirmus est is, qui forte
subtractione sp̄ aut extinguitur aut minuitur. Impurus
est, qui & aliud cupid (scilicet secundariò remune-
rationem) purus amor, mercenarius non est. Purus
amor, de sp̄ vires non sumit, nec tamen diffidentia
damna sentit. Sponsa hic est, quia hoc sponsa est quid-
cumque est. Sponsa res & sp̄, unus est amor. Hoc Spon-
sa abundat, hoc contentus est Sponsus. Nec is aliud que-

rit,

rit, nec illi aliud habet. Et alio in loco: *V*eritatis sermo, communis sermo, propter Deum: sed plane vbi non vacue dicitur, profundissimus sermo: viuuus sane & efficax sermo, vbi non perfunditur, non usurpatorie, non velut quadam vnu loquendi, vel arte persuadendi, sed expinguedine, vt dignum est, deuotionis, & pura animi intentione procedat. Opera nostra ita Deo offerri & propter eum effici debent, sicut hominibus beneficia conferri; sine spe retributionis aut emolumenti alicuius, immo sine desiderio reddenda gratiarum actionis, vt benè docent Aristoteles & Seneca, & alij: alioquin collata cum spe reparationis apre appellantur à Plinio, beneficia viscata & hamata. Et talis liberalitas à Philone vocatur liberalitas piscatorum, qui pisciculis verticulis hamis infixos, pisces vt capiant.

85. Qui tam puro fine operantur bona, valde augent Dei gloriam. Vt enim benè scripsit Origenes ponderans illa verba, *Plena est omnis terra gloria eius*; Quomodo, inquit, sit per singulos nostrum plenitudo gloria Dei respondet statim: *Si qua facio, que loquor, in gloriam Dei sicut plenus sermo meus & actus sit gloria Dei. Si & processus & ingressus meus, in gloriam Dei est, si cibis, si potus meus, si omnia mea que facio, in gloriam Dei sicut, & ego particeps sum illius dicti: plena est terra gloria eius*. Et tali intentione suos filios omnia facere voluit S. Ignatius: Omnes, inquit, rectam habere intentionem studeant, non solum circa vita sua statim, verum etiam circa responsums particulares, id (emper in eis sincere) sperantes, vt seruant & placeant Divina bonitati propter se ipsam. & propter caritatem & eximia beneficia, quibus praevenit nos, porius quam ob timorem penarum, vel spem premiorum (quamvis hinc etiam iunari debant) & in omnibus querant Deum. Merito id à suis exigit S. Pater, quia suos sanctos esse, & sancte omnia facere voluit. Nequaquam enim timore pane, aut premij cupiditate, inquit S. Dorotheus, viri sancti voluntatem Dei faciunt, sed solo amore & benevolentia. Cuius vnu modus est preclarus, si quis operetur, vt det gustum Deo, hoc est, vt Dei cor soletur, cui omnia bona opera sunt sapida. Sic S. Augustinus iubet dæmoni à iejunio renocanti respondere: *Excrucio me plane, vt ille parcat: do de me panas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt dilectionem suauitatem eius. Nam & ultima exscruciar ut in aram imponatur*. Et hæc fuit in Dei Ecclesiæ semper doctrina de perfecto operandi modo. Perfecti hominis opus est, inquit Clemens Alexandrinus antiquissimus vite spiritualis Magister, non solum à malis abstinere (quod primum F. docet) ea enim est basis maximi profectus, sed nec aliquid boni facere, vel propter metum, vel propter spem promissi honoris (scilicet in celo) at, qui perfectus est, opus bonum eo solo expedit, quoniam honestum est, & quia Deum amat. Ea operum ipsius causa, longe gravissima est. Asum enim dicere, non è operatur, quod saluus esse velit. Qui operandi modus, non tantum perfectorum esse deberet, sed prorsus omnium Chri-

86. *Ser. 4.* *3.p. Cest. c. 1. S. 2. 6.* *Reg. 17.* *sum.* *er. 9 de vtil. iejun. cap. 5.* *1.1. strom.* Qui tam puro fine operantur bona, valde augent Dei gloriam. Vt enim benè scripsit Origenes ponderans illa verba, *Plena est omnis terra gloria eius*; Quomodo, inquit, sit per singulos nostrum plenitudo gloria Dei respondet statim: *Si qua facio, que loquor, in gloriam Dei sicut plenus sermo meus & actus sit gloria Dei. Si & processus & ingressus meus, in gloriam Dei est, si cibis, si potus meus, si omnia mea que facio, in gloriam Dei sicut, & ego particeps sum illius dicti: plena est terra gloria eius*. Et tali intentione suos filios omnia facere voluit S. Ignatius: Omnes, inquit, rectam habere intentionem studeant, non solum circa vita sua statim, verum etiam circa responsums particulares, id (emper in eis sincere) sperantes, vt seruant & placeant Divina bonitati propter se ipsam. & propter caritatem & eximia beneficia, quibus praevenit nos, porius quam ob timorem penarum, vel spem premiorum (quamvis hinc etiam iunari debant) & in omnibus querant Deum. Merito id à suis exigit S. Pater, quia suos sanctos esse, & sancte omnia facere voluit. Nequaquam enim timore pane, aut premij cupiditate, inquit S. Dorotheus, viri sancti voluntatem Dei faciunt, sed solo amore & benevolentia. Cuius vnu modus est preclarus, si quis operetur, vt det gustum Deo, hoc est, vt Dei cor soletur, cui omnia bona opera sunt sapida. Sic S. Augustinus iubet dæmoni à iejunio renocanti respondere: *Excrucio me plane, vt ille parcat: do de me panas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt dilectionem suauitatem eius. Nam & ultima exscruciar ut in aram imponatur*. Et hæc fuit in Dei Ecclesiæ semper doctrina de perfecto operandi modo. Perfecti hominis opus est, inquit Clemens Alexandrinus antiquissimus vite spiritualis Magister, non solum à malis abstinere (quod primum F. docet) ea enim est basis maximi profectus, sed nec aliquid boni facere, vel propter metum, vel propter spem promissi honoris (scilicet in celo) at, qui perfectus est, opus bonum eo solo expedit, quoniam honestum est, & quia Deum amat. Ea operum ipsius causa, longe gravissima est. Asum enim dicere, non è operatur, quod saluus esse velit. Qui operandi modus, non tantum perfectorum esse deberet, sed prorsus omnium Chri-

stianorum siquidem ab omnibus id exigit Apostolus 1. Cor. 10. 31. Siue manducatis siue bibitis siue aliud aliquid faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Et ad Coloss. 3. 12. Omne quocunque faciatis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi scilicet, facite. Hoc est, vt explicat S. Chrysostomus, propter Dominum.

Quæ intentio etiam illa opera hominis iusti facit Deo accepta, quæ operatur in proprium, sed necessarium commodum, dummodo non ob commodum, sed propter Deum, id faciat. Quocircum prudenter S. Gertrudis Virgo, quando l. c. 11. etiam ob indigentiam suam aliquid expendit, gaudiebat mirum in modum, perinde ac si in Dei honorem il. p. 10. lud super altare obulisset, aut erogasset in pauperes. Dominum enim in se ipsa contemplabatur, cui se prouidisse gaudebat. Ideo siue dormiret, siue manducaret, siue aliud quid commodi, aut requiri suo impenderet corpori, non aliter, quam si Domino id fecisset, exultabat. Nā Dominum in se, & rursus se in illo intuebatur. Ideo in se quoque illi, & sibi propter illum, seruire ac benefacere gestiebat, quod impleret Dominicum illud: *Quod vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti: se etenim existimat & minimam, & viliissimam omnium creaturarum. Ideo quicquid sibi impendit, minimo, qui ad Deum pertinet, arbitrabatur se impendisse.*

Porrò quam accepta Deo fuerit hec eius deuotio, hoc modo illi monstratum est: Cum semel labore quadam granatum caput ciperet resuflare, & propterea species, quas aromaticas vocant, ad Dei laudem, in ore teneret, tunc Dominus suā benignitatē se ad illam inclinavit, quasi bausturus ex ea odoris fragrantiam, simulans odore hoc specierum se egere, & confortari. Nam paulo post idem se denū erigens, suauissimum emittebat ambuletū suo odorem. Deinde latabundo vultu, quasi gloriaretur de hoc, ad omnes Sanctos loquebatur: Ecce nunc quid noui à sponsa mea receperim. Verumtamen incomparabiliter maiori reficiebatur hec Sancta gaudia, si quando beneficij quid eiusmodi in proximum locasset, quam gaudere soleat auarus si proximum contum recipiat marcas. Et alia vice cum S. Gertrudis ex multimodâ consolatione presentia Domini, & spiritualium intellectuum exercitatione, nimis esset debilitata, accipiens vias nocte quadam recreauit se tali intentione, quā ipsum Dominum in se ipsa respiceret. Quod Dominus magnificecepit, ait: Modo fateor mihi recompensat amaritudinem illam, quā spongia in cruce pro amore tuo bibi, quoniam pro ipsa tam de corde tuo indicibilem dulcedinem sugo. Et quanquam tu purius ad laudem meā corpus recreaveris, ed si uis ego me proficer in anima tuā refectum. Hinc cum illi pelliculas & acinos viuunt in manu congregatos, in medium domus proicebat, adfuit & Satan omnis boni persecutor, qui hoc quod isti abiecerat recolligere conabatur, quasi ad restituendum culpam infirma, quia ante matutinas contra religionem comedisset. Cumq. vnam de tisdem pelliculis velut duobus digiti vix attigisset, illico intolerabilis cruciatus ardore combustus, terribiles emitendo luctatus, de domo concitus profiliuit, diligentissime obser-

seruare studens ne aliquid ultra pede contingere; ex causa tactu cruciatu perfererat ita intolerabilis patet.
Sed clare hoc ipsum eam ipse Dominus docuit: Quicunque studierit singula commoda sua in b*14.13.*
intra. dia.
pet. iuris, comedendo dormiendo, & similibus (que ex natura cogitur suscipere) ea sumere intentione ut dicat corde vel ore: Domine hunc cibum, vel aliud quodcumque suscipio in illo amore quo tu ipsum eundem sanctificasti, cum in tua sanctissima humanitate, consimiliteris ad laudem Dei Patris & salutem totius generis humani orans, ut in uione Diuini auctoris tui cedat in augmentum solatii, animabus celestibus, terrestribus & purgandis; ille singulis vicibus (quibus tali intentione aliquid suscepit contumodum) potenter cor am me quasi cultum quoddam firmissimum, quo contra diversas molestias, quibus a mundanis infestor, quasi protelus defendor.

Et alia vice cum feria sexta ante Bacchanalia, post Matutinam audiuerit in coquinâ pulsat ierius laboraturis ad prælibandum, illaque ingenitescens dixit: Heu me, mi Domine, quoniam manu surgunt homines ad infestandum te cibo? Ad quod Dominus blandè quasi subridens dixit: Noli impensis charissima, quia hi quibus modo pulsatur, non sunt de numero illorum, qui contra me crapulâ sciant, quia per hanc prælabilitionem ipsi vocantur & invitantur ad laborem. Unde & ego delector in eorum ictu: quemadmodum quis delectatur in refectione suis iumentis, quod paulo pascit ad ministrandum sibi.

Et alia vice audiuit dici à Domino: Quemadmodum aliquis ex nimia laßitudine concito anhelitu bhat, sic singula membra sine intermissione velut anbelando intrahunt sibi omnia opera bona qua sunt cum intentione ad laudem Dei, à quoquam bonum peraguntur in Ecclesia, & illa in se purificata & nobilitata efforunt semper veneranda Trinitati in laudem aeternam. Sed opera que sunt cum intentione ad laudem Dei, illa intrahit sibi cor diuinum, miro quadam & ineffabili modo, ea in se nobilitando & perficiendo immo ditando meritis mentem, ob fructum intentum ex laboribus nostris securum.

Hinc S Gertrudis diuinitus edoceta est. Quod quandocumque aliquis scribit, vel alios docet ea intentione ut laus Dei per hoc promoveatur, & prosectorum amarum, tam omnia profectus, quem aliquis inquam ex illa scriptura sine doctrina, etiam post mille annorum missa consequetur, totaliter cedit in illius salutem, qui suâ intentione hoc Domino primitus prælubauit.

Hoc quoque Christus Dominus aperiè confirmauit S. Brigitæ, dicens; etiam illud tempus, quod impenditur subveniendo corporis necessitatibus, si id rationabiliter fiat, inter spiritualia reputari.

Porrò talis amor, quo nos ipsos propter Deum amamus, ut in nobis, & per nos Dei voluntas impleatur, adeò purus & excellens est, ut S. Bernardus in tractatu de dilig. Deo, raro dicat eum, & qual rapimus, & vix unius momenti spacio concedat. Monet autem ut ad illum asperiemus. Quoniam enim, inquit, Scriptura loquitur, Dignum

exhort. ad tardantes baptismū,

87.

Seff. 6.
can. 8.

Si quis dixerit gehenna metum, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo, configimus, vel à peccando abstinemus; peccatum esse, anathema sit. Et ibidem Can. 31. Si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu aeternæ mercis bene operatur, anathema sit. Tali enim modo operabatur etiam David, ut secundum cor Dei, ut ipsi semet de se testatur: In llnauor meum ad facandas iustificationes in aeternum, propter retributionem. psal. 118.

Sic etiam fidelissimus Dei ierius Moyses, teste Apostolo, Magis elegit affligi cum populo Dei, quam temporis peccati habere iunctitudinem; maiores diuinas astimas, thesauro Aegyptiorum improprium Christi, aspicebat enim in remunerationem.

Veruntamen perfectionis studiosi, non est quiescendum in his duobus finibus, eo modo, ut nisi pœnas communatas formidaret, aut nisi proponerentur aeterna in celo premia, non esset legem Dei seruaturus. Talis enim plusquam servilis animus, non meretur aeternam retributionem, sed vituperationem & pœnam. Nam, ut ait S. Gregorius Nyssenus, Improbis mancipij hec mens, pistrinæ digni, vinculis, & verberibus cruciatus

etiam illa scriptura sine doctrina, etiam post mille annorum missa consequetur, totaliter cedit in illius salutem, qui suâ intentione hoc Domino primitus prælubauit.

Hoc quoque Christus Dominus aperiè confirmauit S. Brigitæ, dicens; etiam illud tempus, quod impenditur subveniendo corporis necessitatibus, si id rationabiliter fiat, inter spiritualia reputari.

Porrò talis amor, quo nos ipsos propter Deum amamus, ut in nobis, & per nos Dei voluntas impleatur, adeò purus & excellens est, ut S. Bernardus in tractatu de dilig. Deo, raro dicat eum,

& qual rapimus, & vix unius momenti spacio concedat. Monet autem ut ad illum asperiemus.

Quoniam enim, inquit, Scriptura loquitur, Dignum

opus, propter vitam aeternam faci, si id facis, securus

facies; hoc enim mandauit Deus.

Sed pro dolor, multi ne quidem ob desiderium aeternæ vitae faciunt ea quæ faciunt. Hoc sciens S. Hieronymus monuit: Conuemat vnusquisque cor suum, & in omni vita inueniet, quam ramum sit, fidelem animam inueniri: ut nihil ob gloriam cupidita-

88.

ep. adu.

Lucifer,

pidita-

piditatem, nibil ab humeris hominum faciat. Neque enim statim qui ieiunat, Deo ieiunas, aut excedens pauperis manum, Deo fenerat. Vixna sane via virtutibus, difficile est, Deo iudee esse contentum. Finis itaque bonus sit, ut bene fiant, que placent Deo.

1.2. cap. 1.

89. Porro si quis velit agnoscere, an puram intentionem diuini oblequit, faciat ea quia facit, haec interalia signa demonstrabunt conditionem intentionis.

1.2. de Sa-
cerd.

Primo, si ergo fert sua viuperari opera, aut non laudari, aut non succedere, ideoque cupit ab eis desistere, signum est non recta intentionis. Quemadmodum quos diuites esse iuvant, inquit S. Chrysostomus, si quando in pauperatum inclinerint, merore afficiantur; & qui delicia afficiunt, tenorem ac simplicem rictum tolerare nunquam possunt; ita quia laudum amore capti sunt, non solum cum iniuste viuperantur, sed etiam cum ab aliis assidue non laudantur, quasi fame quadam animum consciunt, scilicet merore. Ideo B. P. Franciscus Borgia, semper sibi suas dicebat conciones succedere, et si non placerent quandoque sibi & aliis, ob defectum vel materiae, vel dispositionis, quia pure propter Deum eas parabat, & faciebat quantum poterat.

Secondum signum prae intentionis est, si dum sunt laudatores nostri operis, vel fore sperantur, egregie illud facimus, & accuratissime, se-
cundum, si viuperatores adhuc, vel timeantur. Qua-
Reg. bre-
ui 33.

rie S. Basilius: Quomodo convinci aliquis potest, quod placere hominibus studeat? & respondet sic: Nimirum quando apud laudantes studium presentat, apud viuperatores vero lentiior efficitur. Si enim, vere habet in animo placere Domino, idem erit ubique, & illud ef-
ficiens quod dictum est: per arma iustitiae a dextris & si-
nistris, per gloriam & ignobilitem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces.

Tertium signum: qui inique animo fert se per Superiores suos amoueri ab aliquâ occupatione ante solitum & praesum tempus, quod illi im-
pendi ab aliis solet (vt est apud nos in Philosophico studio triennio, in Theologico quadriennio, in regime aliorum triennium) si-
cum est certum, cum qui id ergo fert, non pu-
re intentione, Diuinam exequendi voluntate, illud officium obiuisse. Qui enim pure propter Deum facit ea quia facit, sicut prompte aggref-
sus est id, quod illi à Diuinâ voluntatis interprete Superiori inunctum est; ita prompte cel-
sat ab inchoato opere non absoluto, quan-
dounque Diuina voluntatis interpres dicet esse cessandum. Agnoscat in Superioris decreto, Dei decretum, ita suos commendantis Vicarios, Luca 10. Qui vos audit, me audit.

Quarum signum pura intentionis est, si quis ita se prepararet ad lectiones scholasticas, & ad

conclaves, & ad disputationes, & ad alia coram paucis, abiectis, vilibus, in loco priuato & in glorio facienda, quomodo se prepararet ad ea-
dem, facienda coram multis, coram Proceribus, in loco celeberrimo & publico. Vbique enim idem Deus est. Sæpe autem libertus manet per gratiam in cordibus pauperum, & mundi iudi-
cio vilium personarum, quam in palatiis & Vi-
bibus Regum & Magnatum. Ideo S. Dominicus illustissimi Ordinis Predicorum Fundator, libertus concionabatur in villis & oppi-
dis, coram personis abiectis, quam in Civitatis & Verbibus coram Nobilibus & Proceribus. Non quarebat enim applaufum, sed fru-
ctum, quem sperabat maiorem ex suis concio-
nibus deriuandum in eos, quos Dominus Iesus primum natus ad se primos admisit, & de quibus postea dixit adulterus: Confiteor tibi Pater, Do-
mine celi & terra, quia abscondisti hac a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulū. Sed timen-
dum est, ne multi ita sua expediant, vii quondam Spec. V. Monachus quidam Cisterciensis, qui tantum Cantus, diebus festis, quando multos sperabat Auditores, pulchre cantabat, silebat vero aliis diebus. Hinc dæmon, Dei voluntate, prauam eius inten-
tionem castigatur, horrido & fæde contorte vultu, in specie pueri, in omnium conspic-
tu apparuit, plaudens manibus, & vanillimum cantore irridens, & dixit: o bene cantavit, bene,
statimque disparuit.

Quo loco non est omittendum, inquit Bel-
larminus, quod prudenter monet S. Bonauen-
tura, non sufficere, vt opus virtute referatur in Deum, si
quid ad initium anni, vel mensis, vel etiam diei, gene-
rals quadam intentione referat omnia sua futura ope-
ra in Deum, sed necesse esse, vt illud ipsum opus parti-
culare referatur in Deum, quod postea faciendum est.
Tunc enim dicuntur opera virtute in Deum relata,
cum intentio præcedens est vera causa operum, qua po-
stea sunt. Vt, si quis apud se certo confitiat aliquam
nummorum sumiam propter Deum pauperibus ero-
gare, & postea sumiam illam oblatâ occasione eroget,
is ducetur virtute referre opus suum in Deum, etiam si
dum pecunias illas distribuit, nibil de Deo cogitet.

Quarta conditio ad facienda bene ea, quæ plae-
cent Deo, est ut fiant bonis modis, non enim sa-
tis est ob finem bonum facere, quæ facis, nisi
bonis modis facias. Non bene succedit, inquit S.
Cyprianus, vel Origenes (utrique enim liber de singu-
ille adscribitur) quicquid agitur paup. & sanctum Cleric.
non est, quod agitur sanctum, nisi sancte quod sanctum
est peragatur. Agnouerunt hoc & morales Phi-
losophi: Non in facto laus est, ut Senecca, sed in eo
quemadmodum fiat. Et Aristoteles, non est dicit epist. 91.
opus iustum aut temperatum, nisi iuste & tem-
perate fiat, scilicet, & ob finem ac honestatem
qua est in iustitia & temperantia, & modo de-
bito. Quemadmodum in beneficiis non res, sed
animus quo fiunt & conferuntur, spectatur.
Non

1. de be- Non enim beneficium est, vt benè ait Seneca, id quod
natur. sub oculis venit, sed beneficij vestigium: & nota; benefi-
cium verò est, benevolentia actio, tribuens gaudium, ca-
pungit, tribuendo: in id quod facit prona & sponte sua
parata, & non quid sicut aut quid detur, refert, sed quā-
mente.

Ita modus operandi maximè facit bonam
operationem, posito bono fine operationis.
Quando ergo præter finem bonum, modus et-
iam bonus accedit operibus nostris. habebunt
ea tertiam proprietatem à S. Chrysostomo su-
prà commendatam in operibus Davidis: nimi-
rum, *predicabuntur à Domino*. Cùm enim Deus sit
Dominus noster, & nos servi eius, non tantum
bono fine sed etiam bono modo, facienda à no-
bis sunt ea, quæ Dominus noster & iubet nobis,
& suadet, & illa quoque quæ nos vltro ex affe-
ctu benevolentiae addimus, quæ appellantur O-

91. Cielo de pera supererogationis. Porro modi benè ope-
rare considunt in adhibendis circumstantiis
Quintil. operum, quæ & à Rhetoribus, & à Iurisperitis,
1.1.20. & à Theologis, cum S. Thoma, hæ numeran-
1.1.24. tur, non ex Cicerone, ut putat S. Thomas, sed ex
Boëtio, ut noster Valsquez ostendit, desumptæ.

2. B. 4. Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo,
decim. quando.

Top. Vaf. 1. Disp. Omisisti autem subtilitatibus scholasticis & dis-
punctis Theologorum, qui diuerlo modo has cir-
cumstantias explicant, & inter se dissentiant,

ego, præsertim pro Tironibus in spirituali vi-
ta, singulas practicè explicabo, quia pro stu-
diosis virtutum, non pro scholis mea Opuscula
scribo, ut discant modum benè operandi; &
quæ eum sciunt, memoriam sibi eius refracent,

& in benè inchoatis pergat. Et quidem B. Lau-
rentius Iustinianus aliquot circumstantias cō-
memorat: *Quaeres, inquit, queque operatio, vt*
Deo placeat, & virtuosè fiat, *habere debet in se, tem-*
pus, modum, & intentionem. Et Seneca: *Nos potest*
quisquam nisi ab initio formatus (quod fit apud nos
in Tirocinio) & tota ratione compositus, omnes ex-
equi numeros, vt sciat quando oporteat, & in quantum,
& cum quo, & quemadmodum. Sed plures omnino
circumstantiae requisita sunt ad bonitatem o-
peris, ex communi Sanctorum sententiâ, ad
quas declarandas practicè accedo.

CAPUT QVARTVM.

De Circumstantiis seu modis benè facien-
di ea quæ placent Deo.

92. Prima circumstantia requisita ad bonum mo-
dum operandi, est, *Quis*: quæ significat cōdi-
tionem personæ operantis, eamque duplicem:
Primò, in sententiâ Aristotelis, vt ait Valsquez,
ipsum substantiam personæ operantis, quatenus
est principium substantiale actionis, quæ ab
illâ personâ procedit, seu fit. Ob huius circum-
stantiæ sic intellectæ defectum, non esset com-

pletè bona actio, si non fieret à personâ libe-
rè operante. Est enim ad omnem actionem
completè bona, & meritoriam, omnino re-
quisitum, vt sit libera procedens ab Operante
liberè, hoc est, ita, vt possit ab eo fieri vel non
fieri, aut hoc vel illo modo, vel sine fieri. Qui
modus liberè operandi requiritur etiam ne-
cessariò, vt aliqua actio censetur mala & pec-
catum. Quod enim liberè non fit, non est pec-
catum. Ut omnes Theologi cum S. Augustino,
& S. Thoma docent.

Secundò, ad hanc circumstantiâ spectat, status
seu conditio personæ operantis, vt enim actio
bona sit, debet esse conueniens illi personæ. Hac
ob causam, eti largitio elemosynæ, & venatio
causa honestæ recreationis suscepit, bona sit natu-
ræ suæ, & personam secularem deceat, in statu
laicali constitutam, tamen elemosynæ largitio
mala est in illo Religioso, qui non habet ius seu
potestatem de illâ disponendi, & venatio in Sa-
cerdote (eti non semper) vt plurimum repre-
hensione non caret, vii & ludus alearum, quia
dedecet illum statu, & est veritus à Canonibus
Ecclesiasticis. Eodem modo lectio profanarum
Historiarum ob necessariâ cognitionem Prin-
cipibus, Magistratibus, scholarum Magistris,
bona est, & permittenda; bona tamen non esset
iis Sacerdotibus, à Scholasticis occupationibus,
& concionibus liberatis, qui cùm possent &
deberent tempus à publicis occupationibus li-
berum, vel orationi, vel Sacrae Scripturæ, aut SS.
Patrum, vel Theologorum moralium, & casu
lectioni impendere, ex meræ & profanæ curio-
sitas impulsu, fœsi in profanarum Historiarum
lectiōne occupant, & tempus inutiliter expen-
dunt, quod, vt ait S. Bernardus, ad agendum pene-
tentiam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam
gloriam, miseratio Conditoris indulget. Quo diuinam
propitiatore debemus pietatem (tot nostri & alio-
rum peccatis offendit solitam) & properare ad
Angelicam societatem, susprire ad amissam heredi-
tatem, excitare remissam voluntatem, stire admis-
sam iniuriam. Ideo Marcus Varro, eti Ethni-
cus, dicere solebat, nullam esse grauiorem iā-
cturam quam temporis, præsertim scienti. Ne-
mo autem melius scire potest priorem tempo-
ris, quam Deo dicati homines, à quibus qua-
fiunt, vt monet S. Chrysostomus, *debet ne absque*
causa & frustrâ sicut, sed in utilitatem & lucrum h. 11. in
nostra salutis, quod sanè non accederet Sacerdoti
è lectione rerum profanarum, eius præsenti oc-
cupationi non necessariarum.

Secunda circumstantia est, *Quid*, seu, vt iu-
dicio S. Thomæ in Aristotelis sententiâ est, l. 3. eth.
Circa quid. Per hanc circumstantiam. Primò cap. 1.
denotatur materia circa quam versatur a-
ctio. Ideo bona est illa locutio, & recrea-
tio (si certa requisita adsit) in quâ inti-
tuuntur sermones de rebus piis, & ludi ho-
nesti ac Viro spirituali conuenientes adhiben-
tur.